



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.36. Justini obitus. Tyberius Imperator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. mores expavescens protinus cursores misit, qui revocarent Gregorium. Is strenue confecto trium dierum itinere socios ut festinarent, urgebat prævidens, quod erat futurum; at a cursoribus Papæ occupatus, iterum dolens & invitus Monasterii sui curam & Regimen resumeri cogitur. Benedictus Papa videns, quantum in via virtutis proficeret, ex illi quiete evocatum ordinavit, & unum ex septem Ecclesiæ Romanæ Diaconis esse iussit. Gregorius non minore humilitate quam diligentia Diaconi munus subivit. Pelagius Papa eundem haud diu postea Apocrisiarium seu Nuntium Constantinopolim misit.

c. 25.

§. XXXVI.

Justini Obitus. Tiberius Imperator

Evagr. V.
c. 11. 13.
Theoph. p.
208. 210.

Chr. Pasch.
p. 376.
Joan. Bicl.
an. 8. *Just.*
Suid. Tiber.
C. P.

Alia interim in Aula Cæsarea successerat rerum facies. Justinus phreneticus correptus Tiberium uxoris suæ Sophiæ Imperatricis consilium secutus anno 574 Regni sui octavo Indictione octava septima die Sept. Cæsarem pronunciavit, & cognomentum Constantini addidit. Tiberius natus in Thracia statura medio crem excedente & optimo vultu præcipue ob clementiam, animum ab avaritia alienum & munificentiam laudatur. Quamprimum suo arbitrio regnare licuit unius anni censum omnibus populis remisit, &

fit, & illis præ aliis succurrit, quos Per-
 farum latrocinia ad incitas redegerant.

Sæculum VI.
 A.C. 577.

Populos paterno amore complexus sum-
 mum Gloriæ apicem attingere sibi vide-
 batur, si eos felices reddidisset.

Evagr. V.
 c. 13.

Joanne Scholastico Patriarcha Con-
 stantinopolitano 31. Aug. Indictione de-
 cima nempe anno 577. fatis functo, sta-
 tim populus magnis clamoribus ab Im-
 peratoribus expetiit S.Eutychiei reditum,
 & impetravit. Is duodecim abhinc an-

Theoph.
 p. 209.
 Vit. S. Euty-
 ch. c.

nis Amaseam Ponti Metropolim in suum
 Monasterium se receperat. Multa ibi
 ediderat miracula præsertim circa infir-
 mos, quos adhibito oleo benedicto sana-
 bat. Populis quoque Provinciarum vi-
 cinarum, quas Persæ vastaverant, tem-
 pore famis oppitulatus est. In ejus Mo-
 nasterio aliquando farina miraculo mul-
 tiplicata inventa. A Constantinopolita-
 nis exceptus est Eutychieus ea pompa, quæ
 Jesu Christo triumphanti, cum Jeroso-
 lymam ingrederetur, conferri poterat;
 quippe Vir Sanctus asino insidebat, pal-
 mas portabat populus, & pallia in via,
 qua transitus erat, sternebant. Omnes
 magnis clamoribus lætitiâ profiteban-
 tur, thus incendebatur, lucernæ innume-
 ræ illam noctem in Civitate illustrissi-
 mam effecerunt, ubique gaudentium vo-
 cibus resonabant ædes. Intravit vero
 Die Dominica tertia Octobr. anno 577.

Sup. n. 15.
 Vit. an. Boll.
 6. Apr. c. 6.

c. 7.

H 2

& offi-

Sæculum VI. & officium celebravit ad S. Sophiam
A.C. 578. ubi tantus fuit concursus populi Com-
 munionem ab ipsius manu accipere ex-
 petentis, ut eam accedentibus porrige-
 do a tertia usque ad nonam seu sex inter-
 gris horis improbo sed pio labore fatiga-
 tus fuerit.

Anno sequente 578. Justinus Impera-
 tor sentiens sibi vires deficere, Tiberius
 Imperatorem edixit, & 26. Sept. Indi-
 ctione duodecima corona ornari iussit.
 Justinus ultra dies octo huic coronati-
 oni non supervixit, obiitque quinta Octo-
 bris, postquam in hanc usque diem re-
 gnasset annis ferme duodecim. Ergo Ti-
 berius imperabat, cum Pelagius Papa
 Gregorium Constantinopolim misit.

§. XXXVII.

S. Gregorius Eutychio resistit.

Joan. vit. Gregorius in hac Legatione consueta
l. 1. c. 26. dines Monasticas non dimisit, sed
Greg. præf. aliquot suæ Congregationis Monachos
mor. Id. III. itineris comites elegit, ut ipsorum exem-
dial. c. 36. plo ad orandum excitaretur, & eorum
 dem societate animum negotiorum tem-
 poralium tumultu fatigatum recrearet.
 Maximianus quoque Abbas Monasterii S.
 Andreae, & postea Episcopus Syracusa-
 nus cum aliquot Monachis Constantino-
 polim, ut S. Gregorio loqueretur, pro-
 fectus